PORPHYRIOS. ARISTOTELES. BOETHIUS. VARIA PHILOSOPHICA
England/Nordfrankreich, um 1170/1190 Seite 43r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=128
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



partes tum exposite cum equitatis
Deliberationis finis. utilitas. Cui
he partes que modo exposite re-
rum expetendarum. Laudationis
finis. honestas. de qua item
est ante dictum. Sz diffinite
questiones a suis queq; locis quasi
propriis instituuntur. in accusati-
onem defensionem q; partite. in
quib; existunt hec genera. Vt
accusator personam arguat facti.
defensor aliquid opponat de trib;
aut non ee factum. aut si sit
factum. aliud eius facti nomen
ee. aut iure esse factum. Itaq;
aut infitialis. aut coniecturalis p-
ma appellatur. Diffinitiua altera.
Tertia quamuis molestum nomen
hoc sit. iuriditialis uocatur. Ha-
rum causarum propria argume-
ta ex his sumpta locis. quos expo-
suimus in preceptis oratoriis expli-
cata sunt. Refutatio autem
accusationis. in qua ⁝ depulsio
criminis. quoniam grece. CTACYC.
dicitur. appelatur latine status.
in quo primum insistit quasi ad
repugnandum congressa defensio.
Atq; in deliberationib; etiam
et laudationib; idem existit stat.
Nam et negantur sepe ea futu-
ra que ab aliquo in sententia dicta

sunt fore. Si autem omnino fie-
ri non possunt. aut sine sum-
ma difficultate non possint. in qua
argumentatione status coniectura-
lis existit. aut cum aliquid de uti-
litate. honestate. et equitate disse-
ritur. neq; his rebus que his sunt
contrarie incurrunt status. aut iuris.
aut nominis. Quod idem contingit
in laudationib; Nam aut negari
potest id factum esse quod laudet.
aut non eo nomine affitiendum
quod laudator effecerit. aut om-
nino non esse laudabilis. quod no
recte. non iure. factum sit. quib;
omnib; generibus usus est nimis
imprudenter cesar contra catone
meum. Sz que ex statu conten-
tio efficitur eam greci. RPINO
MENH. uocant. michi placet
id. quoniam quidem ad te scribo.
qua de re agitur uocari continet
ea continentia uocentur. quasi
firmamenta defensionis quibus
sub latis defensio nulla sit. Sz
quoniam lege firmius in contro-
uersiis disceptandis esse nichil de-
bet: danda est opera ut legem ad
iutricem et testem adhibeamus.
In qua re alii quasi status existunt
noui. sz appellantur legitime dis-
ceptationes. Tum enim defendet.